



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Q[uod] i[n] scripturis antiquis no[m]i[n]a hæc fidei spei & charitatis fere
ita raro inueniant[ur], cu[m] res ipsa[rum] ubiq[ue] prædicentur sicut
relatiua no[m]i[n]a p[at]ris & filij & sp[irit]us ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum & uoluntas domini in manu eius dirigitur. ¶ Ipse autem pater quali uel quanta fide? Fidelis enim in omnibus uerbis, & in isto maxime. Et omnia opera eius in fide, & opus istud præcipue. Quali ergo uel quanta fide mandatum dedit huius obedientiæ, mandatum huius patientiæ. Nimirum tali fide, qualis est ipsæ tanta fide, quantus est ipse, fide admirabili, fide inseparabili, fide perseverantissima, fide uictoriosissima. Quantis irritatus est malis hominum, quam maximis peccatis? Attamen perseverauit in proposito uel promissione tanti boni, & quæ pro cesserant de labijs suis irrita non fecit. Pro quo & David sollicitus: Miserere mei (ait) ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quantis regibus, quantis regnis armatus diabolus, hoc propositum eius auertere laborauit? Attamen euicit fortissimus deus, & sicut proposuerat, ecce filius eius deus & homo sedet à dextris eius. De illa perseverantia fidelis & fortis dei, nostrum illud opus existit in duodecim libell, quod intitulat de uictoria uerbi dei.

¶ Quod in scripturis antiquis nomina hæc fidei, spei, & charitatis fere ita raro inueniuntur cum res ipsarum, ubique prædicentur, sicut relatiua nomina, patris, & filij, & spiritus sancti, aut tacetur, aut rarissime & cum cautela pronuntiantur. Ca. XV.

Ræclara hodie in Euangelicis & Apostolicis literis, & in ore totius Ecclesiæ prædicatio est horum trium, fidei, spei, & charitatis. Olim non ita. Quotus enim est locus in scripturis ueteris instrumenti, ubi manifestatio luceat propriis nominibus facierum istarum, fidei, spei, & charitatis? Notum quidem & certum est, omnem scripturam diuinitus inspiratam, res ipsas siue uirtutes intendere, quæ significantur nominibus istis: sed cum ita sit, nihilominus absoluta eadem nomina fere ubique prædicet, quod iam ex parte monstrauimus. Relatiua hæc nomina, quæ sunt pater & filius & spiritus sanctus, aut tacuit, aut rarissime, & cum cautela, & nusquam simul iuncta pronunciauit. ¶ Exempli gratia. Cum (sicut superius demonstratum est) fere cuncta, quæ dixit Salomon in parabolis, pertineant ad gloriam fidei, ubi hoc ipsum nomen quod est fides palam annunciauit. Item in Ecclesiaste, cum fere cuncta, quæ illic per multa dicuntur argumenta hominem prouocent ad coronam spei, ubi spei ipsam nominauit. In Canticis canticorum cum fere cuncta pertineant ad sacramentum charitatis, ipsam charitatem non multis uicibus nomine proprio nominauit, dicendo media charitate construit, & alibi, aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Itaque alibi ordinauit in me charitatem. ¶ Verge hoc nomen charitatis liberius poterat annunciari, siue declamari, etiã pueris illis, hominibus carnalibus illis, qui nescirent, nec scire curarent quid fides, quid spes, quid spiritualis dilectio sit, & forte charitatem sufficientem reputarent uiri & mulieris, siue mariti & uxoris, parentum & filiorum, ceterarumque cognationum, siue affinitatum dilectione carnalè. ¶ In diuinis sermonibus de illa charitate agitur, cuius est Ecclesiastica diffinitio hæc, diligere deum, propter ipsum, & proximum non qualescunque sed inimicum hominem diligere propter deum. Nunquid si huiusmodi dilectionis capaces essent homines. Dixisset eis lex, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum? ¶ Similiter de fide sentiendum. Si enim fidei capaces tunc essent homines, per quam Abraham iustificatus est, nunquid posita fuisset lex? Et ut per similitudinem sermo iste magis placeat, nunquid ancillam duxisset Abraham, nisi sterilis fuisset libera? Verum nos de his latius alio in opere tractauimus.

¶ Item de fide, spe & charitate, quod per hæc tria in sanctis scripturis assimilatur sancta trinitas, & de capitulo Apostoli, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, quid sit cognoscere vel cognosci. Caput XVI.

Ic propositum fuit demonstrare, quod hæc tria sint, per quæ homo ad illam dei similitudinem reformatur quod in initio, proposuit dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vñ & Aplos Iohannes, scimus (ait) quia cum apparuerit, filius ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Quatum putas iocunditatis habet demonstratio siue intelligentia hæc: nam beati quidem sancti, prophetarum pro eo, quod in manu eorum, dominus assimilatus est, sicut in Oleea dicit. Et nos iam autem meminimus, & locutus sum super prophetas, & ego uisiones multiplicauimus & in manu prophetarum assimilatus sum, sed nihilominus sancti & electi omnes beati, quia sancta trinitas, unus deus pater & filius & spiritus sanctus, per hæc tria, fidem, spem, & charitatem, assimilatur eis. Hic assimilatiouis modus est uniuersalis.

Psal. 144
Psal. 32.
Deus maxie
fidelis in uer
bis & promiss
is suis

Psal. 88
Psal. 90.

Notum testa
mentum lon
ge clarior ue
rus prædicat
um absoluta
tum relatiua
nomina trinit
atis

Can. 5
Can. 8
Can. 1
Charitas Iu
dæorum carnal

Charitas di
uina
Mat. 5
Fides Abrah
Gene. 15
Rom. 4
Gene. 16.
Gal. 4

J. Iohan. 3
Dominus assi
milatus in pa
phetis.
Q. 12